

THE LADY AND THE HORSE

Cotīdiē (= *every day*) fēmina in viā per silvam ambulat. Per agrōs ad agricolae vīllam ambulat. Fēmina agricolae duōs nummōs dat et agricola fēminae decem mālā (*mālā* = *apples*) dat. Ubi fēmina ad vīllam suam revenit, cantat. Cotīdiē equus fēminam audit et ad fēminam ambulat. Fēmina semper equō ūnum mālum dat. Quondam (= *one day*) lātrō (= *robber*) fēminam et decem mālā videt. Lātrō fēminam pulsat et in silvam trahit. Fēmina est exanimāta (*exanimāta* = *unconscious*) et lātrō decem mālā capit. Tum fēmina sē recuperat (*sē recuperat* = *regains consciousness*). Est sōla. Clāmat, sed nēmō (*nēmō* = *no one*) respondet. Silva est obscūra. Quod fēmina temptat esse placida, cantat. Equus fēminam audit et ad fēminam festīnat. Equus fēminam ē silvā portat. Nunc fēmina duo mālā equō cotīdiē dat.